

Litterarum etiam, si unus Propheta vel^{q)} Apostolus^{q)} vel Evangelista obscurum^{r)} aliquid^{r)} in litteris suis posuisse ipsa canonis confirmatione declaratur, non licet dubitare, quin^{s)} verum sit. Alioquin nulla erit pagina, qua humane imperitiae regatur infirmitas: si librorum saluberrima auctoritas aut contempta penitus aboletur aut interminata confunditur. Hec^{t)} Augustinus^{t)}.

c. 12^{u)}. De ordine dignitatis earundem^{v)}

Exceptis igitur^{w)} Divinis Libris et in summa quadam auctoritatis arce sepositis, primum post eos^{x)} locum tenent epistole decretales^{y)} Romanorum pontificum et canones generalium conciliorum, opuscula quoque sacrorum doctorum. Nam ut in decretis Gratiani^{z)} prima parte XX. distinctione legitur: *Epistole⁶²⁾ decretales conciliorum canonibus pari iure exequantur. Divinarum vero Scripturarum tractatores etsi scientia^{aa)} pontificibus premineant, tamen quia dignitatis eorum apicem adepti non sunt, in Scripturarum quidem expositionibus eis preponuntur, in causis vero diffiniendis, ubi non solum scientia, sed etiam potestas requiritur, secundum post eos locum merentur*, sicut auctoritate pape Leonis huius nominis IV. probatur. Hec Gratianus. Utrumque ergo genus in primo auctoritatis gradu merito ponitur, quoniam ut excedentia et excessa^{bb)} sibi vicissim preferuntur. Illos autem sacros doctores in eo gradu ponere volui, qui auctoritate Romane Ecclesie canonizati sunt et eorum libri per concilia pontificum approbati, ut sunt: Dionysius, Ignatius, Cyprianus^{cc)}, Hylarius, Athanasius, Basilus^{dd)}, Gregorius Nazanzenus, Ambrosius, Ieronimus, Johannes Crisostomus^{dd)}, Augustinus, Cyrillus, Fulgentius, Cassiodorus^{ee)}, Ysidorus^{ff)} et alii multi^{gg)}.

Medium vero locum tenent doctores^{gg)} ceteri^{gg)} prudentes quidem et

q-q) fehlt N_3	r-r) quid D_3	s) quod D	t-t) fehlt $D_1 D_2$;
Augustinus D_3	u) 13 D ; 10 R	v) eorundem D	w) itaque D
x) eum D	y) decretalis N_2	z) Gratianus N_1	aa) scientia-
rum $H_2 H_3 H_4 H_5$	bb) excelsa R	cc) Cyprinius N_1	dd-dd) fehlt
$D_2 D_3$	ee) Cassiodorus D_2	ff) folgt Bernardus D ; folgt sanctus Bern-	
ardus R	gg-gg) ceteri doctores D_1		

⁶²⁾ Ed. Aem. Friedberg (1879) S. 65.

⁶³⁾ Es handelt sich hier um die Patristik, die im Westen bis zu Gregor I. und Isidor, im Osten bis zu Johannes Damaskenus gerechnet wird. Die Kanonisierung dieser Autoren bedeutet also Aufnahme ihrer Werke in das kanonische Schrifttum.